

## BULA DOGMÁTICA

«MUNIFICENTÍSSIMUS DEUS» DE LA

# ASUNCIÓN DE MARÍA

CONSTITUTIO APOSTOLICA. FIDEI DOGMA DEFINITUR  
DEIPARAM VIRGINEM MARIAM CORPORE ET ANIMA  
FUISSE AD CAELESTEM CLORIAM ASSUMPTAM

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Munificentissimus Deus, qui omnia potest, cuiusque providentiae consilium sapientia et amore constat, arcano suae mentis proposito populorum singulorumque hominum dolores interserit temperat gaudiis, ut, diversis rationibus diversisque modis, ipsum diligentibus omnia cooperentur in bonum<sup>1</sup>.

Iamvero Pontificatus Noster, quemadmodum praesens aetas, tot curis, sollicitudinibus angoribusque premitur ob gravissimas calamitates ac multorum a veritate virtuteque aberrationes; cernere tamen magno Nobis solacio est, dum catholica fides publice actuoseque manifestatur, pietatem erga Deiparam Virginem vigere ac fervere cotidie magis, ac fere ubique terrarum melioris sanctiorisque vitae praebere auspicia. Quo fit ut, dum Beatissima Virgo sua materna munia pro Christi sanguine redemptis amantissime explet, filiorum men-

El munificentísimo Dios, que todo lo puede y cuyos planes providentes están hechos con sabiduría y amor, compensa en sus inescrutables designios, tanto en la vida de los pueblos como en la de los individuos, los dolores y las alegrías para que, por caminos diversos y de diversas maneras, todo coopere al bien de aquellos que le aman<sup>1</sup>.

Nuestro Pontificado, del mismo modo que la edad presente, está oprimido por grandes cuidados, preocupaciones o angustias, por las actuales gravísimas calamidades y la aberración de la verdad y de la virtud; pero nos es de gran consuelo ver que, mientras la fe católica se manifiesta en público cada vez más activa, se enciende cada día más la devoción hacia la Virgen Madre de Dios y casi en todas partes es estímulo y auspicio de una vida mejor y más santa, de ahí resulta que, mientras la Santísima Virgen cumple amorosísimamente las funciones de Madre hacia los redimi-

<sup>1</sup> Cf. Rom 8, 28.

tis animique ad studiosiorem eius privilegiorum contemplationem impensius excitentur.

Deus reapse, qui ex omni aeternitate Mariam Virginem propensissima singularique inluctur voluntate, "ubi venit plenitudo temporis"<sup>2</sup> providentiae suae consilium ita ad effectum deduxit, ut quae privilegia, quas praerogativas liberalitate summa eidem concesserat, eadem perfecto quodam concentu refulgerent. Quodsi summam eiusmodi liberalitatem perfectumque gratiarum concentum Ecclesia semper agnovit ac per saeculorum decursum cotidie magis pervestigavit, nostra tamen aetate privilegium illud corporeae in Caelum Assumptionis Deiparae Virginis Mariae clariore luce profecto enituit.

Quod quidem privilegium, cum Decessor Noster imm. mem. Pius IX almae Dei Parentis immaculatae conceptionis dogma sollemniter sanxit, tum novo quodam fulgore illuxit. Arctissime enim haec duo privilegia inter se conectuntur. Christus quidem peccatum et mortem propria sua morte superavit; et qui per baptismum superno modo iterum generatus est, per eundem Christum peccatum et mortem vicit. Attamen plenum de morte victoriae effectum Deus generali lege iustis conferre non vult, nisi cum finis temporum advenerit. Itaque iustorum etiam corpora post mortem resolvuntur, ac novissimo tandem die cum sua cuiusque gloriosa anima coniunguntur.

dos por la sangre de Cristo, la mente y el corazón de los hijos se estimulan a una más amorosa contemplación de sus privilegios.

En efecto, Dios, que desde toda la eternidad mira a la Virgen María con particular y plensísima complacencia, "cuando vino la plenitud de los tiempos"<sup>2</sup> ejecutó los planes de su providencia de tal modo que resplandeciesen en perfecta armonía los privilegios y las prerrogativas que con suma liberalidad le había concedido. Y si esta suma liberalidad y plena armonía de gracias fué siempre reconocida, y cada vez mejor penetrada por la Iglesia en el curso de los siglos, en nuestro tiempo ha sido puesto a mayor luz el privilegio de la Asunción corporal al cielo de la Virgen Madre de Dios, María.

Este privilegio resplandeció con nuevo fulgor desde que nuestro predecesor Pío IX, de inmortal memoria, definió solemnemente el dogma de la Inmaculada Concepción de la augusta Madre de Dios. Estos dos privilegios están, en efecto, estrechamente unidos entre sí. Cristo, con su muerte, venció la muerte y el pecado; y sobre el uno y sobre la otra reporta también la victoria en virtud de Cristo todo aquel que ha sido regenerado sobrenaturalmente por el bautismo. Pero por ley general Dios no quiere conceder a los justos el pleno efecto de esta victoria sobre la muerte, sino cuando haya llegado el fin de los tiempos. Así, pues, los cuerpos, aun de los justos, se disuelven después de la muerte, y sólo en el último día volverá a unirse cada uno con su propia alma gloriosa.

<sup>2</sup> Gal 4, 4.

Verumtamen ex generali eiusmodi lege Beatam Virginem Mariam Deus exemptam voluit. Quae quidem, singulari prorsus privilegio, immaculata conceptione sua peccatum devicit, atque adeo legi illi permanendi in sepulcri corruptione obnoxia non fuit, neque corporis sui redemptionem usque in finem temporum exspectare debuit.

Ideo cum sollemniter sancitum fuit Deiparam Virginem Mariam hereditaria labe immunem inde ab origine fuisse, tum christifidelium animi incensiore quadam spe permoti fuere, futurum ut a supremo Ecclesiae Magisterio dogma quoque corporae Assumptionis Mariae Virginis in Caelum quamprimum definiretur.

Siquidem cernere fuit non modo singulos christifideles, sed eos quoque, qui Nationum vel ecclesiasticarum provinciarum quasi personam gererent, ac vel etiam non paucos Concilii Vaticani Patres hoc instanter ab Apostolica Sede postulare.

Decursu autem temporum huiusmodi Postulationes ac vota, nedum remitterent cotidie magis et numero et instantia succrevere. Etenim piae habitae sunt, hac de causa, precum contentiones; studia hac super re a pluribus eximiisque theologis vel privatim, vel in publicis ecclesiasticis Athenaeis et in ceteris scholis sacris disciplinis tradendis alacriter impenseque provecta; Conventus Mariales multis in catholici orbis partibus vel ex una tantum, vel ex pluribus Nationibus celebrati. Quae quidem studia pervestigationesque maiore in luce posuere in

Pero de esta ley general quiso Dios que fuera exenta la bienaventurada Virgen María. Ella, por privilegio del todo singular, venció al pecado con su concepción inmaculada; y aun a la ley de permanecer en la corrupción del sepulcre no estuvo sujeta, ni tuvo que esperar la redención de su cuerpo hasta el fin del mundo.

Por eso, cuando fué solemnemente definido que la Virgen Madre de Dios, María, estuvo desde el principio inmune de la mancha hereditaria, los fieles se llenaron de una más viva esperanza de que también se definiría cuanto antes por el magisterio supremo de la Iglesia el dogma de la Asunción corporal de la Virgen María a los cielos.

Efectivamente, se vió que no sólo los fieles particulares, sino los representantes de naciones o de provincias eclesiásticas, y aun no pocos Padres del Concilio Vaticano, pidieron con vivas instancias a la Sede Apostólica esta definición.

Después, estas peticiones y votos no sólo no disminuyeron, sino que aumentaron de día en día en número e insistencia. En efecto, a este fin fueron promovidas cruzadas de oraciones; muchos y eximios teólogos intensificaron sus estudios sobre este tema, ya en privado, ya en los públicos ateneos eclesiásticos y en las otras escuelas destinadas a la enseñanza de las sagradas disciplinas; en muchas partes del orbe católico se celebraron Congresos marianos, tanto nacionales como internacionales. Todos estos estudios e investigaciones pusieron más de relieve que en el depósito de la fe

christianae fidei deposito, Ecclesiae concredito, dogma quoque contineri Assumptionis Mariae Virginis in Caelum; ac plerumque inde consecutae sunt postulationes, quibus ab Apostolica Sede suppliciter efflagitabatur, ut haec veritas sollempniter definiretur.

Hoc pio certamine cristifideles miro quodam modo coniuncti fuere cum suis sacris Antistitibus; qui quidem eiusdem generis petitiones, numero profecto spectabiles, ad hanc divi Petri Cathedram miserunt. Propterea, cum ad Summi Pontificatus solium evecti fuimus, supplicationes eiusmodi ad milia bene multa ex quavis terrarum orbis parte et ex quovis civium ordine, ex Dilectis nempe Filiis Nostri Sacri Collegii Cardinalibus, ex Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, ex Dioecesis, atque ex parocciis ad hanc Apostolicam Sedem iam delatae erant.

Quamobrem, dum impensas ad Deum admovimus preces, ut ad gravissimam hanc causam decernendam lumen Sancti Spiritus menti Nostrae impertiretur, peculiare edidimus normas, quibus iussimus ut collatis viribus severiora hac de re inirentur studia; atque interea petitiones omnes colligerentur accurateque perpenderebantur, quae inde a Decessore Nostro felicis memoriae Pio IX ad nostra usque tempora de Assumptione Beatae Mariae Virginis in Caelum ad Apostolicam hanc Sedem missae fuissent<sup>3</sup>.

confiado a la Iglesia estaba contenida también la Asunción de María Virgen al cielo, y generalmente siguieron a ello peticiones en que se pedía instantemente a esta Sede Apostólica que esta verdad fuese solemnemente definida.

En esta piadosa competición, los fieles estuvieron admirablemente unidos con sus pastores, los cuales, en número verdaderamente notable, dirigieron peticiones semejantes a esta Cátedra de San Pedro. Por eso, cuando fuimos elevados al trono del Sumo Pontificado, habían sido ya presentados a esta Sede Apostólica millares de tales súplicas de todas las partes de la tierra y por toda clase de personas: por nuestros amados hijos los Cardenales del Sacro Colegio, por nuestros venerables hermanos los Arzobispos y Obispos, por las Diócesis y por las parroquias.

Por eso, mientras elevábamos a Dios ardientes plegarias para que infundiese en nuestra mente la luz del Espíritu Santo para decidir una causa tan importante, dimos especiales órdenes de que se iniciaran estudios más rigurosos sobre este asunto, y entre tanto se recogiesen y ponderasen cuidadosamente todas las peticiones que, desde el tiempo de nuestro predecesor Pío IX, de feliz memoria, hasta nuestros días, habían sido enviadas a esta Sede Apostólica a propósito de la Asunción de la beatísima Virgen María al cielo<sup>3</sup>.

<sup>3</sup> *Petitiones de Assumptione corporae B. Virginis Mariae in caelum definienda ad S. Sedem delatae*; 2 vol., Typis Polyglottis Vaticanis, 1942.

Cum vero tanti momenti tantaque gravitatis causa ageretur, opportunum duximus Venerabiles omnes in Episcopatu Fratres directo atque ex auctoritate rogare ut mentem cuiusque suam conceptis verbis Nobis aperire vellent. Quapropter die I mensis Mai, anno MDCCCXXXVI, Nostras ad eos dedimus Litteras "Deiparae Virginis Mariae, in quibus haec habebantur: "An vos, Venerabiles Fratres, pro eximia vestra sapientia et prudentia censeatis: Assumptionem corpoream Beatissimae Virginis tamquam dogma fidei proponi et definiri posse, et an id cum clero et populo vestro exoptetis".

Ii autem quos "Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei"<sup>4</sup>, ad utramque quaestionem quod attinet, unanimi fere voce assentientes responderunt. Haec "singularis catholicorum Antistitum et fidelium conspiratio"<sup>5</sup>, qui Dei Matris autumant corpoream in Caelum Assumptionem ut fidei dogma definiri posse, cum concordem Nobis praebeat ordinarii Ecclesiae Magisterii doctrinam concordemque christiani populi fidem—quam idem Magisterium sustinet ac dirigit—idcirco per semet ipsam ac ratione omnino certa ab omnibusque erroribus immuni manifestat eiusmodi privilegium veritatem esse a Deo revelatam in eoque contentam divino deposito, quod Christus tradidit Sponsae suae fideliter custodiendum et infallibiliter declarandum<sup>6</sup>. Quod profecto Ecclesiae Magisterium non quidem industria mere humana, sed praesidio Spiritus ye-

Pero como se tratava de cosa de tanta importancia y gravedad, creímos oportuno pedir directamente y en forma oficial a todos los venerables Hermanos en el Episcopado que nos expusiesen abiertamente su pensamiento. Por eso, el 1.º de mayo de 1946 les dirigimos la carta "Deiparae Virginis Mariae", en la que preguntábamos: "Si vosotros, venerables hermanos, en vuestra eximia sabiduría y prudencia, creéis que la Asunción corporal de la beatísima Virgen se puede proponer y definir como dogma de fe y si con vuestro clero y vuestro pueblo lo deseáis".

Y aquellos que "el Espíritu Santo ha puesto como Obispos para regir la Iglesia de Dios"<sup>4</sup> han dado a una y otra pregunta una respuesta casi unánimemente afirmativa. Este "singular consentimiento del Episcopado católico y de los fieles"<sup>5</sup>, al creer definible como dogma de fe la Asunción corporal al Cielo de la Madre de Dios, presentándonos la enseñanza concorde del Magisterio ordinario de la Iglesia y la fe concorde del pueblo cristiano, que el mismo Magisterio sustenta y dirige, manifestó por sí mismo de modo cierto e infalible que tal privilegio es verdad revelada por Dios y contenida en aquel divino depósito que Cristo confió a su Esposa para que lo custodiase fielmente e infaliblemente lo declarase<sup>6</sup>. Pues el Magisterio de la Iglesia, no ciertamente por indus-

<sup>4</sup> Act 20, 28.

<sup>5</sup> Bulla *Ineffabilis Deus*; Acta PII IX, p. 1, vol. 1, p. 615.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat., *De fide catholica*, c. 4.

ritatis<sup>7</sup>, atque adeo sine ullo prorsus errore, demandato sibi munere fungitur revelatas adservandi veritates omne per aevum puras et integras; quamobrem eas infamatas tradit, eisdem adiciens nihil, nihil ab iisdem detrahens. "Neque enim—ut Concilium Vaticanum docet—Petri successoribus Spiritus Sanctus promissus est ut, eo revelante, novam doctrinam patefacerent, sed ut, eo assistente, traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodirent et fideliter exponerent"<sup>8</sup>. Itaque ex ordinarii Ecclesiae Magisterii universali consensu certum ac firmum sumitur argumentum, quo comprobatur corpoream Beatæ Mariæ Virginis in Caelum Assumptionem—quam quidem, quoad caelestem ipsam "glorificationem" virginalis corporis almae Dei Matris, nulla humanae mentis facultas naturalibus suis viribus cognoscere poterat—veritatem esse à Deo revelatam, ideoque ab omnibus Ecclesiae filiis firmiter fideliterque credendam. Nam, ut idem Concilium Vaticanum asseverat: "Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive sollemni iudicio, sive ordinario et universali Magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur"<sup>9</sup>.

tría puramente humana, sino por la asistencia del Espíritu de Verdad<sup>7</sup>, y por eso infaliblemente cumple el oficio que se le dió de conservar perennemente puras e íntegras las verdades reveladas. Por lo cual las transmite sin contaminaciones, sin añadiduras, sin disminuciones. Puesto que, como enseña el Concilio Vaticano: "a los sucesores de Pedro no fué prometido el Espíritu Santo para que, por su revelación, manifestasen una nueva doctrina, sino para que con su asistencia custodiasen inviolablemente y expresasen con fidelidad la revelación transmitida por los Apóstoles, o sea el depósito de la fe"<sup>8</sup>. Así, pues, del consentimiento universal del Magisterio ordinario de la Iglesia se deduce un argumento cierto y seguro para afirmar que la ascensión corporal de la Bienaventurada Virgen María al cielo—la cual, en cuanto a la celestial glorificación del cuerpo virgíneo de la augusta Madre de Dios, no podía ser conocida por ninguna facultad humana con sus solas fuerzas naturales—es verdad revelada por Dios, y por eso todos los fieles de la Iglesia deben creerla con firmeza y fidelidad. Porque, como enseña el mismo Concilio Vaticano, "deben ser creídas por fe divina y católica todas aquellas verdades que se contienen en la palabra de Dios escrita o transmitida por tradición, y que la Iglesia por juicio solemne, o por su Magisterio ordinario y universal, ha propuesto a la fe como reveladas por Dios"<sup>9</sup>.

<sup>7</sup> Cf. lo 14, 26.

<sup>8</sup> Conc. Vat., Const. *De Ecclesia Christi*, c. 4.

<sup>9</sup> *De fide catholica*, c. 3.

Communis huius fidei Ecclesiae varia inde a remotis temporibus per saeculorum decursum manifestantur testimonia, indicia atque vestigia; eademque fides luculentiore in dies lumine panditur.

Siquidem christifideles, suorum Pastorum institutione ac ductu, a Sacris Litteris didicere Virginem Mariam, per terrestrem suam peregrinationem, vitam egisse sollicitudinibus, angustiis, doloribus affectam; ac praeterea id evenisse, quod sanctissimus senex Simeon cecinerat, acutissimum nempe gladium cor eius transverberasse ad Divini sui Nati crucem nostrique Redemptoris. Parique modo haud difficile iisdem fuit assentiri magnam etiam Dei Matrem, quemadmodum iam Unigenam suum, ex hac vita decessisse. Hoc tamen minime prohibuit quominus palam crederent ac profiterentur sacrum eius corpus sepulcri corruptioni obnoxium fuisse numquam, numquam augustum illud Divini Verbi tabernaculum in tabernem, in cinerem resolutum fuisse. Quin immo, divina collustrati gratia pietateque erga eam permoti, quae Dei Parens est suavissimaque Mater nostra, clariore cotidie luce mirabilem illam privilegiorum concordiam ac cohaerentiam contemplati sunt, quae Providentissimus Deus almae huic Redemptoris nostri sociae imperiit, et quae talem attingere celsissimum verticem, qualem praeter ipsam nemo a Deo creatus, excepta humana Iesu Christi natura, assecutus est umquam.

De esta fe común de la Iglesia se tuvieron desde la antigüedad, a lo largo del curso de los siglos, varios testimonios, indicios y vestigios; y tal fe se fué manifestando cada vez con más claridad.

Puesto que los fieles, guiados e instruídos por sus Pastores, aprendieron también de la Sagrada Escritura que la Virgen María, durante su peregrinación terrena, llevó una vida llena de preocupaciones, angustias y dolores; y que se verificó lo que el santo viejo Simeón había predicho, a saber: que una agudísima espada le traspasó el corazón a los pies de la cruz de su Divino Hijo, nuestro Redentor. Igualmente no encontraron dificultad en admitir que la gran Madre de Dios hubiera muerto como murió su Unigénito. Pero esto no les impidió creer y profesar abiertamente que su sagrado cuerpo nunca estuvo sujeto a la corrupción del sepulcro, ni fué nunca reducido a podredumbre y a cenizas aquel augusto tabernáculo del Verbo Divino. Más aún, iluminados por la divina gracia e impulsados por el amor hacia aquella que es Madre de Dios y Madre nuestra dulcísima, han contemplado con luz cada vez más clara la armonía maravillosa de los privilegios que el Providentísimo Dios concedió a la augusta socia de nuestro Redentor y que llegaron a una tal altísima cúspide, a la que ningún ser creado, exceptuada la naturaleza humana de Jesucristo, llegó jamás.

Hanc eandem fidem innumera illa templa manifesto testantur, quae in honorem Mariae Virginis Caelo receptae Deo dicata fuere; itemque sacrae illae imagines inibi christifidelium venerationi propositae, quae singularem eiusmodi Beatae Virginis triumphum ante omnium oculos efferunt. Urbes praeterea, dioeceses ac regiones peculiari tutelae ac patrocinio Deiparae Virginis ad Caelum evectae fuere conceditae; parique modo religiosa Instituta, probante Ecclesia, excitata sunt, quae quidem ex eiusmodi privilegio nomen accipiunt. Neque silentio praetereundum est in mariali rosario, cuius recitationem Apostolica haec Sedes tantopere commendat, unum haberi mystericum, piae meditationi propositum, quod, ut omnes norunt, de Assumptione agit Beatae Virginis in Caelum.

Universali autem ac splendidiore modo haec sacrorum Pastorum ac christifidelium fides tum manifestatur, cum inde ab antiquis temporibus in Orientis et in Occidentis regionibus liturgica sollemnia hac de causa celebrantur; hinc enim Sancti Ecclesiae Patres atque Doctores lucem haurire numquam praetermiserunt, quandoquidem, ut omnibus in comperto est, sacra Liturgia, "cum sit etiam veritatum caelestium professio, quae supremo Ecclesiae Magisterio subicitur, argumenta ac testimonia suppeditare potest, non parvi quidem momenti, ad peculiare decernendum christianae doctrinae caput" <sup>10</sup>.

Esta misma fe la atestiguan claramente aquellos innumerables templos dedicados a Dios en honor de María Virgen asunta al cielo y las sagradas imágenes en ellos expuestas a la veneración de los fieles, las cuales ponen ante los ojos de todos este singular triunfo de la Bienaventurada Virgen. Además, ciudades, diócesis y regiones fueron puestas bajo el especial patrocinio de la Virgen asunta al Cielo; del mismo modo, con la aprobación de la Iglesia, surgieron institutos religiosos, que toman nombre de dicho privilegio. Ni debe callarse que en el rosario mariano, cuyo rezo recomienda tanto esta Sede Apostólica, se propone a la meditación piadosa un misterio que, como todos saben, trata de la Asunción de la Beatísima Virgen.

Pero de modo más espléndido y universal esta fe de los sagrados Pastores y de los fieles cristianos se manifiesta por el hecho de que desde la antigüedad se celebra en Oriente y Occidente una solemne fiesta litúrgica; porque de ese hecho los Santos Padres y Doctores no dejaron nunca de sacar luz, ya que, como es bien sabido, la sagrada Liturgia, "siendo también una profesión de las celestiales verdades, sometida al supremo Magisterio de la Iglesia, puede suministrar argumentos y testimonios de no pequeño valor para determinar algún punto particular de la doctrina cristiana" <sup>10</sup>.

<sup>10</sup> Litt. Enc. *Mediator Dei*: AAS vol. 39, p. 541.



In liturgicis libris, qui festum referunt vel *Dormitionis*, vel *Assumptionis Sanctae Mariae*, dictiones habentur, quae concordi quodam modo testantur, cum Deipara Virgo ex hoc terrestri exsilio ad superna pertransiit, sacro eius corpori ex Providentis Dei consilio ea contigisse, quae cum Incarnati Verbi Matris dignitate consentanea essent cum ceterisque privilegiis eidem impertitis. Haec, ut praeclaro utamur exemplo, in *Sacramentario* asseverantur, quod Decessor Noster immem. Hadrianus I ad imperatorem misit Carolum Magnum. In eo enim haec habentur: "Veneranda nobis, Domine, huius est diei festivitas, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quae Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum" <sup>11</sup>.

Quod vero haec verborum illa temperantia indicatur, qua Romana Liturgia uti solet, in ceteris vel orientalis vel occidentalis antiquae Liturgiae voluminibus luculentius ac fusius declaratur. *Sacramentarium Gallicanum*, ut unum in exemplum afferamus, hoc Mariae privilegium dicit "inexplicabile sacramentum, tanto magis praeconabile, quanto est inter homines assumptione Virginis singulare". Atque in Byzantina Liturgia corporea Mariae Virginis Assumptio non modo cum Dei Matris dignitate etiam atque etiam conectitur, sed cum aliis quoque privilegiis, peculiarique ratione cum virginea eius

En los libros litúrgicos que contienen la fiesta, bien sea de la *Dormición*, bien de la *Asunción de la Virgen María*, se tienen expresiones en cierto modo concordantes al decir que cuando la Virgen Madre de Dios pasó de este destierro a la gloria, a su sagrado cuerpo, por disposición de la divina Providencia, le ocurrieron cosas correspondientes a su dignidad de Madre del Verbo Encarnado y a los otros privilegios que se le habían concedido. Esto se afirma, por poner un ejemplo, en aquel *Sacramentario* que nuestro predecesor Adriano I, de inmortal memoria, mandó al emperador Carlomagno. En éste se lee, en efecto: "Digna de veneración es para nosotros, ¡oh Señor!, la festividad de este día en que la santa Madre de Dios pasó por la muerte temporal, pero no pudo ser humillada por los vínculos de la muerte. Aquella que engendró a tu Hijo, Nuestro Señor, encarnado en ella" <sup>11</sup>.

Lo que aquí está indicado en la sobriedad acostumbrada en la Liturgia Romana, en los libros de las otras antiguas Liturgias, tanto orientales como occidentales, se expresa más por extenso y con mayor claridad. El *Sacramentario Galicano*, por ejemplo, define este privilegio de María "inexplicable misterio, tanto más digno de celebrarse cuanto es más singular entre los hombres por la Asunción de la Virgen". Y en la Liturgia Bizantina se asocia repetidamente la Asunción corporal de María no sólo con su dignidad de Madre de Dios, sino también con sus otros privilegios, es-

<sup>11</sup> *Sacramentarium Gregorianum.*

maternitate, singularis Providentis Dei consilio praestituta: "Tibi rex rerum omnium Deus ea, quae supra naturam sunt, tribuit; sicut enim in partu te virginem custodivit, sic et in sepulcro corpus tuum incorruptum servavit, et per divinam translationem conglorificavit"<sup>12</sup>.

Quod autem Apostolica Sedes, quae muneris est heres, Apostolorum Principi concrediti, in fide confirmandi fratres<sup>13</sup>, solemniorem in dies auctoritate sua eiusmodi celebrationem reddidit, id profecto studiosam christifidelium mentem efficaciter permovet ad magis cotidie magisque huius commemorati mysterii gravilatam considerandam. Itaque Assumptionis festum ex illo honoris gradu, quem in ceteris Marialibus celebrationibus inde ab initio obtinuerat, ad solemniorum celebrationum ordinem totius liturgici cycli evectum fuit. Ac Decessor Noster S. Sergius I, cum Litaniam seu Processionem Stationalem, quae dicitur, in quattuor Marialibus celebrationibus, habendas praescriberet, una simul festum *Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis ac Dormitionis* Mariae Virginis enumerat<sup>14</sup>. Deinceps vero S. Leo IV festum, quod iam titulo Assumptionis Beatae Genetricis Dei celebrabatur, solemniore etiam modo recolendum curavit, cum pervigilium ante habendum iuberet, postea vero supplicationes in octavam diem; atque ipsemet, hanc opportunitatem libenter nactus, ingenti stipatus multitudine solemnes eiusmodi celebrationes participare

pecialmente con su maternidad virginal, preestablecida por un designio singular de la Providencia Divina: "A Ti, Dios, Rey del Universo, te concedió cosas que son sobre la naturaleza; porque así como en el parto te conservó virgen, así en el sepulcro conservó incorrupto tu cuerpo, y con la divina traslación lo glorificó"<sup>12</sup>.

El hecho de que la Sede Apostólica, heredera del oficio confiado al Príncipe de los Apóstoles de confirmar en la fe a los hermanos<sup>13</sup>, hiciese con su autoridad cada vez más solemne esta fiesta, estimuló eficazmente a los fieles a apreciar cada vez más la grandeza de este misterio. Así, la fiesta de la Asunción, del puesto honroso que tuvo desde el comienzo entre las otras celebraciones marianas, llegó en seguida a los más solemnes de todo el ciclo litúrgico. Nuestro Predecesor San Sergio I, prescribiendo la letanía o Procesión Estacional para cuatro fiestas Marianas, enumera juntas *la Natividad, la Anunciación, la Purificación y la Dormición* de María<sup>14</sup>. Después San León IV quiso añadir a la fiesta, que ya se celebraba bajo el título de la Asunción de la bienaventurada Madre de Dios, una mayor solemnidad prescribiendo su vigilia y su octava; y aprovechando de grado esta ocasión, quiso participar personalmente en la celebración en medio de una gran multitud de

<sup>12</sup> *Menaet totius anni.*

<sup>13</sup> Cf. Lc 22, 32.

<sup>14</sup> *Liber Pontificalis.*

voluit<sup>15</sup>. Ac praeterea pridie huius diei sacrum habendum ieiunium iam antiquitus fuisse praeceptum, ex iis omnino patet, quae Decessor Noster S. Nicolaus I testatur, cum de praecipuis ieiuniis agit, "quae... sancta Romana suscepit antiquitus et tenet Ecclesia"<sup>16</sup>.

Quandoquidem vero Ecclesiae Liturgia catholicam non gignit fidem, sed eam potius consequitur, ex eaque, ut ex arbore fructus, sacri cultus ritus proferuntur, ideoque Sancti Patres magnique Doctores in homiliis orationibusque, quas hoc festo die ad populum habuere, non hinc veluti ex primo fonte, eiusmodi doctrinam hauserunt, sed de ea potius, utpote christifidelium iam nota atque accepta, locuti sunt; eandem luculentius declararunt; eius sensum atque rem altioribus rationibus proposuere, id praesertim in clariore collocantes luce, quod liturgici libri saepenumero presse breviterque attigerant; hoc nempe festo non solummodo Beatæ Virginis Mariæ nullam habitam esse exanimis corporis corruptionem commemorari, sed eius etiam ex morte deportatum triumphum, eiusque caelestem "glorificationem", ad Unigenæ sui exemplum Iesu Christi.

Itaque S. Ioannes Damascenus, qui prae ceteris eximius traditæ huius veritatis praece exstat, corpoream almae Dei Matris Assumptionem cum aliis eius dotibus ac privilegiis comparans, hæc vehementi eloquentia edicit: "Oportebat eam, quæ

fieles<sup>15</sup>. Además, el que ya antiguamente era obligatorio el ayuno en la vigilia de la fiesta, aparece claro por lo que atestigua Nuestro Predecesor San Nicolás I, cuando habla de los principales ayunos "que la santa Iglesia Romana recibió de la antigüedad y observa todavía"<sup>16</sup>.

Pero como la Liturgia no crea la fe, sino más bien la sigue, y de ésta proceden los ritos del culto sagrado, como del árbol los frutos, por eso los Santos Padres y los grandes Doctores, en las homilias y en los sermones dirigidos al pueblo con ocasión de esta fiesta, no sacaron de ella como de primera fuente la doctrina, sino que más bien hablaron de ésta como de cosa conocida y admitida por los fieles; la aclararon mejor; precisaron y profundizaron su sentido y objeto, declarando especialmente lo que con frecuencia los libros litúrgicos habían sólo fugazmente indicado; es decir, que el objeto de la fiesta no era solamente la incorrupción del cuerpo muerto de la Bienaventurada Virgen María, sino también su triunfo sobre la muerte y su celestial glorificación a semejanza de su Unigénito, Jesucristo.

Así, San Juan Damasceno, que se distingue entre todos como testigo eximio de esta tradición, considerando la Asunción corporal de la Madre de Dios a la luz de los otros privilegios suyos, exclama con vigorosa elocuencia: "Era necesario que Aquella que

<sup>15</sup> *Ibid.*

<sup>16</sup> *Responsa Nicolai Papae I ad consulta Bulgarorum.*

in partu illaesam servaverat virginitatem, suum corpus sine ulla corruptione etiam post mortem conservare. Oportebat eam, quae Creatorem ut puerum sinu gestaverat, in divinis tabernaculis commorari. Oportebat sponsam, quam Pater desponsaverat, in thalamis caelestibus habitare. Oportebat eam, quae Filium suum in cruce conspexerat, et, quem pariendo effugerat doloris gladium, pectore exceperat, ipsum Patri considerentem contemplari. Oportebat Dei Matrem ea, quae Filii sunt, possidere et ab omni creatura tamquam Dei Matrem et ancillam excoli" 17.

Haec quidem S. Ioannis Damasceni vox aliorum vocibus, eandem asseverantium doctrinam, fideliter respondet. Etenim haud minus clarae accurataeque dictiones in orationibus illis inveniuntur, quas vel superioris vel eiusdem aevi Patres, per occasionem plerumque huius festi, habuere. Itaque, ut aliis utamur exemplis, S. Germanus Constantinopolitanus corpus Deiparae Virginis Mariae incorruptum fuisse et ad Caelum evectum non modo cum divina eius maternitate consentaneum putabat, sed etiam cum peculiari sanctitate eiusdem virginalis corporis: "Tu, secundum quod scriptum est, 'in pulchritudine' appares; et corpus tuum virginaliter totum sanctum est, totum castum, totum Dei domicilium; ita ut ex hoc etiam a resolu-

en el parto había conservado ileso su virginidad conservase también sin ninguna corrupción su cuerpo después de la muerte. Era necesario que Aquella que había llevado en su seno al Creador hecho niño habitase en los tabernáculos divinos. Era necesario que la Esposa del Padre habitase en los átalamos celestes. Era necesario que Aquella que había visto a su Hijo en la cruz, y había recibido en el corazón la espada del dolor, del que se había visto libre al darle a luz, lo contemplase sentado a la diestra del Padre. Era necesario que la Madre de Dios poseyese los bienes de su Hijo y que por todas las criaturas fuese hoarada como Madre y sierva de Dios" 17.

Estas expresiones de San Juan Damasceno corresponden fielmente a aquellas de otros que afirman la misma doctrina. Efectivamente, palabras no menos claras y precisas se encuentran en los discursos que, con ocasión de la fiesta, tuvieron otros Padres anteriores o contemporáneos. Así, por citar otros ejemplos, San Germán de Constantinopla encontraba que correspondía la incorrupción y asunción al Cielo del cuerpo de la Virgen Madre de Dios no sólo a su divina maternidad, sino también a la especial santidad de su mismo cuerpo virginal: "Tú, como fué escrito, apareces 'en belleza' y tu cuerpo virginal es todo santo, todo casto, todo domicilio de Dios; así también por esto es preciso que sea

17 S. IOAN. DAMASC., *Encomium in dormitionem Dei Genitricis semperque Virginis Mariae*, hom. II, 14; Cf. etiam *ibid.*, n. 3.

tione in pulverem deinceps sit alienum; immutatum quidem, quatenus humanum, ad excelsam incorruptibilitatis vitam; idem vero vivum atque praegloriosum, incolume atque perfectae vitae particeps"<sup>18</sup>. Alius vero antiquissimus scriptor asseverat: "Igitur ut gloriosissima Mater Christi Salvatoris nostri Dei, vitae et immortalitatis largitoris, ab ipso vivificatur, in aeternum concorporea in incorruptibilitate, qui illam a sepulcro suscitavit et ad seipsum assumpsit, ut ipse solus novit"<sup>19</sup>.

Cum autem hoc liturgicum festum latius in dies impensio-  
reque pietate celebraretur, Ecclesiae Antisites ac sacri orato-  
res, crebriore usque numero, officii sui esse duxerunt aperte ac  
nitide explanare mysterium, quod eodem hoc festo recolitur,  
atque edicere illud esse cum ceteris revelatis veritatibus con-  
iunctissimum.

In scholasticis theologis non defuere qui, cum in veritates  
divinitus revelatas altius introspicere vellent, atque illum prae-  
bere cuperent concentum, qui inter rationem theologiam, quae  
dicitur, ac catholicam intercedit fidem, animadvertendum pu-  
tarent hoc Mariae Virginis Assumptionis privilegium cum di-  
vinis veritatibus miro quodam modo concordare, per Sacras  
Litteras nobis traditis.

Cum hinc ratiocinando proficiscerentur, varia protulere ar-  
gumenta, quibus mariale eiusmodi privilegium illustrarent,

immuno de resolvere en polvo; sino que debe ser transformado,  
en cuanto humano, hasta convertirse en incorruptible; y debe ser  
vivo, gloriosísimo, incólume y dotado de la plenitud de la vida"<sup>18</sup>.  
Y otro antiguo escritor dice: "Como gloriosísima Madre de Cristo,  
nuestro Salvador y Dios, donador de la vida y de la inmortalidad,  
fué vivificada por El, revestida de cuerpo en una eterna incorrup-  
tibilidad con El, que la resucitó del sepulcro y la llevó consigo de  
un modo que sólo El conoce"<sup>19</sup>.

Al extenderse y celebrarse cada día con mayor fervor esta fies-  
ta litúrgica, los Pastores de la Iglesia y los sagrados oradores, en  
número cada vez mayor, creyeron un deber precisar abiertamente  
y con claridad su objeto y proclamar su estrechísima conexión con  
las otras verdades reveladas.

Entre los teólogos escolásticos no faltaron quienes, queriendo  
penetrar más adentro en las verdades reveladas y mostrar el acuer-  
do entre la que llaman razón teológica y la fe católica, pusieron  
de relieve que este privilegio de la Asunción de María Virgen con-  
cuerda admirablemente con las divinas verdades que la Sagrada  
Escritura transmite.

Partiendo de este presupuesto presentaron, para ilustrar este  
privilegio mariano, diversas razones, de las cuales afirmaban que

<sup>18</sup> S. GERM. CONST., *In Sanctae Dei Genitricis Dormitionem*, sermo I.

<sup>19</sup> *Encomium in Dormitionem Sanctissimae Dominae nostrae Deiparae  
semperque Virginis Mariae* (S. Modesto Hierosol. attributum) n. 14.

quorum quidem argumentorum quasi primum elementum hoc esse asseverabant, Iesum Christum nempe, pro sua erga Matrem pietate, eam voluisse ad Caelum assumptam; eorundem vero argumentorum vim incomparabili inniti dignitate eius divinae maternitatis atque etiam eorum omnium munerum, quae eam consequuntur; quae quidem sunt insignis eius sanctitas, omnium hominum angelorumque sanctitudinem exsuperans; intima Mariae cum Filio suo coniunctio; ac praecipuae illius dilectionis affectus, qua Filius dignissimam Matrem suam prosequebatur.

Ac saepenumero theologi occurrunt oratoresque sacri, qui Sanctorum Patrum vestigiis insistentes<sup>20</sup>, ut suam illustrem Assumptionis fidem, quadam usi libertate, eventus ac verba referunt, quae a Sacris Litteris mutuantur. Itaque, ut nonnulla tantum memoremus, quae hac de re saepius usurpantur, sunt qui Psallae sententiam inducant: "Surge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae"<sup>21</sup>; atque *Arcam foederis*, incorruptibili ligno instructam atque in Dei templo positam, quasi imaginem cernant purissimi Mariae Virginis corporis, ab omni sepulcri corruptione servati immunis, atque ad tantam in Caelo gloriam evecti. Parique modo, hac de re agentes, Reginam describunt in regiam Caelorum aulam per triumphum ingredientem ac dextero Divini Redemptoris assidentem

constituía como su primer elemento este hecho, a saber: que Jesucristo quiso la Asunción por la piedad filial hacia su Madre; y que su fuerza reposaba en la dignidad incomparable de la maternidad divina y de todos los otros dones que de ella se siguen; es decir, su santidad insigne, superior a la de todos los hombres y ángeles, de la íntima unión de María con su Hijo, y aquel amor sumo que el Hijo tenía a su dignísima Madre.

Frecuentemente se encuentran después teólogos y sagrados oradores que, sobre las huellas de los Santos Padres<sup>20</sup>, para ilustrar su fe en la Asunción, se sirven con una cierta libertad de hechos y dichos de la Sagrada Escritura. Así, por citar sólo algunos testimonios entre los más usados, los hay que recuerdan las palabras del Salmista: "Ven, ¡oh Señor!, a tu descanso, tú y el arca de tu santificación"<sup>21</sup>, y ven en el "arca de la alianza", hecha de madera incorruptible y puesta en el templo del Señor, como una imagen del cuerpo purísimo de María Virgen, preservado de toda corrupción del sepulcro y elevado a tanta gloria en el Cielo. A este mismo fin describen a la Reina que entra triunfalmente en el palacio

<sup>20</sup> Cf. S. IOAN. DAMSG., *Encomium in Dormitionem Dei Genitricis semperque Virginis Mariae*, hom. II, 2, 11; *Encomium in Dormitionem* (S. Modesto Hierosol. attributum).

<sup>21</sup> Ps 134, 8.

lateri<sup>22</sup>; itemque Canticorum Sponsam inducunt, "quae ascendit per desertum, sicut virgula femi ex aromatibus myrrae et thuris", ut corona redimiatur<sup>23</sup>. Quae quidem ab iisdem veluti imagines proponuntur caelestis illius Reginae, caelestisque Sponsae, quae una cum Divino Sponso ad Caelorum aulam evehitur.

Ac praeterea scholastici doctores non modo in variis Veteris Testamenti figuris, sed in illa etiam Muliere amicta sole, quam Ioannes Apostolus in insula Patmo<sup>24</sup> contemplatus est, Assumptionem Deiparae Virginis significatam viderunt. Item ex Novi Testamenti locis haec verba peculiari cura considerationi proposuere suae: "Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus"<sup>25</sup>, cum in Assumptionis mysterio complementum cernerent plenissimae illius gratiae, Beatae Virgini Imperitiae, singularemque benedictionem maledictioni Hevae adversantem.

Eam ob rem, sub Scholasticae Theologiae initio vir piissimus Amedeus Lausannensis Episcopus affirmat Mariae Virginis carnem incorruptam permansisse; —neque enim credi fas est corpus eius vidisse corruptionem— cum revera animae suae iterum coniunctum fuerit, atque una cum ea in caelesti aula excelsa redimitum gloria. "Erat namque plena gratia et

celeste y se sienta a la diestra del Divino Redentor<sup>22</sup>, lo mismo que la Esposa de los Cantares, "que sube por el desierto como una columna de humo de los aromas de mirra y de incienso" para ser coronada<sup>23</sup>. La una y la otra son propuestas como figuras de aquella Reina y Esposa celeste, que, junto a su Divino Esposo, fué elevada al reino de los Cielos.

Además, los doctores escolásticos vieron significada la Asunción de la Virgen Madre de Dios no sólo en varias figuras del Antiguo Testamento, sino también en aquella Señora vestida de sol que el Apóstol Juan contempló en la isla de Patmos<sup>24</sup>. Del mismo modo, entre los dichos del Nuevo Testamento consideraron con particular interés las palabras "Dios te salve, María, llena eres de gracia, el Señor es contigo, bendita tú eres entre todas las mujeres"<sup>25</sup>, porque veían en el misterio de la Asunción un complemento de la plenitud de gracia concedida a la Bienaventurada Virgen y una bendición singular, en oposición a la maldición de Eva.

Por eso, al comienzo de la teología escolástica, el piadoso Amedeo, Obispo de Lausana, afirma que la carne de María Virgen permaneció incorrupta, pues no se puede creer que su cuerpo viese la corrupción, ya que realmente se volvió a unir con su alma, y junto con ella en la corte celestial fué coronado con excelsa gloria. "Porque era llena de gracia y bendita entre las mujeres"

<sup>22</sup> Ps 44. 10, 14-16.

<sup>23</sup> Cant 3, 6; cf. 4, 8; 6, 9.

<sup>24</sup> Apoc 12. 1s.

<sup>25</sup> Le 1, 28.

in mulieribus benedicta (Lc 1, 28). Deum verum de Deo vero sola meruit concipere, quem virgo peperit, virgo lactavit, fovens in gremio, eique in omnibus almo ministravit obsequio" <sup>26</sup>.

In sacris vero scriptoribus, qui eo tempore Divinarum Litterarum sententiis variisque similitudinibus seu analogiis usi, Assumptionis doctrinam quae pie credebatur, illustrarunt ac confirmarunt, peculiarem locum obtinet Doctor Evangelicus S. Antonius Patavinus. Is enim, festo Assumptionis die, haec Isaiae prophetae verba interpretatus: "locum pedum meorum glorificabo" <sup>27</sup>, modo certo asseveravit a Divino Redemptore Matrem suam dilectissimam, ex qua humanam sumpserat carnem, summa ornatam fuisse gloria. "Per hoc aperte habes—ita ait—quod Beata Virgo in corpore, quo fuit locus pedum Domini, est assumpta". Quamobrem sacer Psaltes scribit: "Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae". Quemadmodum, ita ipse asserit, Iesus Christus ex triumphata morte resurrexit atque ad dexteram sui Patris ascendit, ita pariter "surrexit et Arca sanctificationis suae, cum in hac die Virgo Mater ad aethereum thalamum est assumpta" <sup>28</sup>.

Cum autem, media aetate, Theologia Scholastica maxime floreret, S. Albertus Magnus, variis ad rem probandam collatis

(Lc 1, 28). "Ella sola mereció concebir al Dios verdadero del Dios verdadero, y virgen le parió, virgen le amantó, estrechándolo contra su seno, y le prestó en todo sus santos servicios y homenajes" <sup>26</sup>.

Entre los sagrados escritores que en este tiempo, sirviéndose de textos escriturísticos o de semejanzas y analogías, ilustraron y confirmaron la piadosa creencia de la Asunción, ocupa un puesto especial el doctor evangélico San Antonio de Padua. En la fiesta de la Asunción, comentando las palabras de Isaías, "Glorificaré el lugar de mis pies" <sup>27</sup>, afirmó con seguridad que el Divino Redentor ha glorificado de modo excelso a su Madre amadísima, de la cual había tomado carne humana. "De aquí se deduce claramente, dice, que la bienaventurada Virgen María fué asunta con el cuerpo que había sido sitio de los pies del Señor." Por eso escribe el Salmista: "Ven, ¡oh Señor!, a tu reposo, tú y el Arca de tu santificación". Como Jesucristo, dice el Santo, surgió de la muerte vencida y subió a la diestra de su Padre, así "resurgió también el Arca de su santificación, porque en este día la Virgen Madre fué asunta al tálamo celeste" <sup>28</sup>.

Cuando en la Edad Media la teología escolástica alcanzó su máximo esplendor, San Alberto Magno, después de haber recogido,

<sup>26</sup> AMEDEUS LAUSANNENSIS, *De Beatae Virginis obitu, Assumptione in Caelum, exaltatione ad Filii dexteram.*

<sup>27</sup> Is 60, 13.

<sup>28</sup> S. ANTONIUS PATAV., *Sermones dominicales et in solemnitatibus. In Assumptione S. Mariae Virginis sermo.*



argumentis, quae vel Sacris Litteris, vel sententiis a maiori-  
bus traditis, vel denique Liturgia rationeque theologica, quae  
dicitur innituntur, ita concludit: "His rationibus et auctori-  
tibus et multis aliis manifestum est, quod Beatissima Dei Ma-  
ter in corpore et anima super choros Angelorum est assumpta.  
Et hoc modis omnibus credimus esse verum"<sup>29</sup>. In oratione  
vero, quam die Annuntiationi sacro Beatae Mariae Virginis  
habuit, haec Angeli salutantis verba explanans: "Ave, gratia  
plena...", Doctor Universalis, dum Hevae Sanctissimam Vir-  
ginem comparat, hanc clare significanterque asseverat qua-  
druplici illa maledictione fuisse immunem, cui Heva obno-  
xia fuit<sup>30</sup>.

Doctor Angelicus, insignis magistri sui vestigia premens,  
quamvis dedita opera eiusmodi quaestionem numquam agi-  
taverit, quotiescumque tamen per occasionem eam attingit,  
una cum Catholica Ecclesia constanter retinet cum Mariae ani-  
ma eius corpus in Caelum fuisse assumptum<sup>31</sup>.

Eandem sententiam amplectitur, in multis aliis, Doctor Se-  
raphicus, qui quidem pro certo omnino habet, quemadmodum  
Deus Mariam Sanctissimam, sive concipientem, sive parien-  
tem, virginalis pudoris virginalisque integritatis violatione im-

para probar esta verdad, varios argumentos fundados en la Sa-  
grada Escritura, la tradición, la Liturgia y la razón teológica, con-  
cluye: "De estas razones y autoridades y de muchas otras, es  
claro que la Beatísima Madre de Dios fué asunta en cuerpo y alma  
por encima de los coros de los ángeles. Y esto lo creemos como  
absolutamente verdaderos"<sup>29</sup>. Y en un discurso tenido el día de  
la Anunciación de María, explicando estas palabras del saludo del  
ángel, "Dios te salve, llena eres de gracia...", el Doctor Universal  
compara a la Santísima Virgen con Eva y dice expresamente que  
fué inmune de la cuádruple maldición a la que Eva estuvo su-  
jeta<sup>30</sup>.

El Doctor Angélico, siguiendo los vestigios de su insigne maes-  
tro, aunque no trató nunca expresamente la cuestión, sin embargo,  
siempre que ocasionalmente habla de ella, sostiene constantemente  
con la Iglesia Católica que con el alma fué asunto al cielo tam-  
bién el cuerpo de María<sup>31</sup>.

Del mismo parecer es, entre otros muchos, el Doctor Seráfico,  
el cual sostiene como absolutamente cierto que del mismo modo  
que Dios preservó a María Santísima de la violación del pudor y  
de la integridad virginal en la concepción y en el parto, así no

<sup>29</sup> S. ALBERTUS MAGNUS, *Mariale sive quaestiones super Evang.* "Mis-  
sus est", q. 132.

<sup>30</sup> Idem, *Sermones de sanctis*, sermo 15: *In Annuntiatione B. Ma-  
riae*; cf. etiam *Mariale*, q. 132.

<sup>31</sup> Cf. *Summa Theol.*, 3, q. 27, a. 1 e.; *ibid.*; q. 83, a. 5 ad 8; *Ex-  
positio salutationis angelicae*; *In symb. Apostolorum expositio*, a. 5; *In 4  
Sent.*, D. 12, q. 1, a. 3, sol. 3; D. 43, q. 1, a. 3, sol. 1 et 2.

munem servavit, sic minime permisisse ut eius corpus in talem, in cinerem resolveretur<sup>32</sup>. Haec Sacrae Scripturae verba interpretans eademque sensu quodam accommodato Beatae Virgini tribuens: "Quae est isla, quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum"<sup>33</sup>, ita arguit: "Et hinc constare potest quod corporaliter ibi est... Cum enim... beatitudo non esset consummata nisi personaliter ibi esset, et persona non sit anima, sed coniunctum, patet quod secundum coniunctum, id est corpus et animam, ibi est: alioquin consummatam non haberet fruitionem"<sup>34</sup>.

Sera autem Scholasticae Theologiae aetate, hoc est saeculo XV, S. Bernardinus Senensis ea omnia, quae aevi mediæ theologi hac super causa edixerant ac disceptaverant, summam colligens ac diligenter retractans, non satis habuit praecipuas eorum referre considerationes, quas superioris temporis doctores iam proposuerant, sed alias etiam adiecit. Similitudo nempe divinae Matris divinique Filii, ad animi corporisque nobilitatem dignitatemque quod attinet—ob quam quidem similitudinem ne cogitare quidem possumus caelestem Reginam a caelesti Rege separari—omnino postulat ut Maria "esse non *debeat*, nisi ubi est Christus"<sup>35</sup>; ac praeterea rationi congruens et consentaneum est, quemadmodum hominis, ita etiam mu-

permitió que su cuerpo se deshiciere en podredumbre y ceniza<sup>32</sup>. Interpretando y aplicando a la Bienaventurada Virgen estas palabras de la Sagrada Escritura: "¿Quién es esa que sube del desierto, llena de delicias, apoyada en su amado?"<sup>33</sup>, razona así: "Y de aquí puede constar que está allí (en la ciudad celeste) corporalmente... Porque como... la felicidad no sería perfecta si no estuviera allí personalmente, y la persona no es el alma, sino el compuesto, claro es que tiene que estar allí según el compuesto, es decir, con cuerpo y alma; de otro modo no tendría un pleno gozo"<sup>34</sup>.

En la escolástica posterior, o sea en el siglo XV, San Bernardino de Siena, resumiendo y elaborando diligentemente todo lo que los teólogos de la Edad Media habían dicho y discutido a este propósito, no se limitó a recordar las principales consideraciones ya propuestas por los doctores precedentes, sino que añadió otras. Es decir, la semejanza de la divina Madre con el Hijo divino, en cuanto a la nobleza y dignidad del alma y del cuerpo—por razón de la cual ni pensarse puede que la celeste Reina esté separada del Rey de los cielos—exige abiertamente que "María no debe estar sino donde está Cristo"<sup>35</sup>; además es razonable y conveniente que se encuentren ya glorificados en el cielo el alma y cuerpo, lo mismo que del hombre, de la mujer; en fin, el hecho de que la

<sup>32</sup> Cf. S. BONAVENTURA, *De Nativitate B. Mariae Virginis*, sermo 5.

<sup>33</sup> Cant 8, 5.

<sup>34</sup> S. BONAVENTURA, *De Assumptione B. Mariae Virginis*, sermo 1.

<sup>35</sup> S. BERNARDINUS SENENS., *In Assumptione B. M. Virginis*, sermo 2.

lieris animam ac corpus sempiternam iam gloriam in Caelo assecuta esse; ac denique idcirco quod numquam Ecclesia Beatae Virginis exuvias requisivit ac populi proposuit, argumentum praebetur, quod "quasi sensibile experimentum"<sup>36</sup> referri potest.

Recentioribus vero temporibus, quas supra retulimus, Sanctorum Patrum Doctorumque sententiae communi in usu fuere. Consensum christianorum amplectens, a superioribus aetatibus traditum, S. Robertus Bellarminus exclamavit: "Et quis, obsecro, credere posset, arcam sanctitatis, domicilium Verbi, templum Spiritus Sancti corruisse? Exhorret plane animus meus vel cogitare carnem illam virginis, quae Deum genuit, peperit, aluit, gestavit, vel in cinerem esse conversam, vel in escam vermibus traditam"<sup>37</sup>.

Parique modo S. Franciscus Salesius, postquam asseveravit dubitare fas non esse Iesum Christum perfectissimo modo divinum mandatum, quo filii iubentur proprios honorare parentes, ad rem deduxisse, hanc sibi quaestionem proponit: "Quinam filius, si posset, matrem suam ad vitam non revocaret, atque eam post mortem in Paradisum non adduceret?"<sup>38</sup>. Ac S. Alfonsus scribit: "Iesus Mariae corpus post mortem

Iglesia no haya nunca buscado y propuesto a la veneración de los fieles las reliquias corporales de la Benaventurada Virgen suministra un argumento que puede decirse "como una prueba sensible"<sup>36</sup>.

En tiempos más recientes, las opiniones mencionadas de los Santos Padres y de los Doctores fueron de uso común. Adhiriéndose al consentimiento cristiano transmitido por los siglos pasados, San Roberto Belarmino exclama: "¿Y quién, pregunto, podría creer que el arca de la santidad, el domicilio del Verbo, el templo del Espíritu Santo se haya derruido? Siente horror mi alma al solo pensamiento de que aquella carne virginal que engendró a Dios, le dió a luz, le alimentó, le llevó, haya sido reducida a cenizas o haya sido dada por pasto a los gusanos"<sup>37</sup>.

De igual manera, San Francisco de Sales, después de haber afirmado no ser licito dudar que Jesucristo haya cumplido del modo más perfecto el mandato divino por el que se impone a los hijos el deber de honrar a los propios padres, se propone esta pregunta: "¿Quién es el hijo que, si pudiese, no volvería a llamar a la vida a su propia madre y no la llevaría consigo después de la muerte al Paraíso?"<sup>38</sup>. Y San Alfonso escribe: "Jesús preservó el cuerpo de María de la corrupción después de la muerte, porque

<sup>36</sup> Idem, l. c.

<sup>37</sup> S. ROBERTUS BELLARMINUS, *Conciones habitae Lovanti*, concio 40: *De Assumptione B. Mariae Virginis*.

<sup>38</sup> *Oeuvres de St. François de Sales*, Sermon autographe pour la fête de l'Assomption.

corrumpi noluit, cum in suum dedecus redundaret virginalem eius carnem in tabem redigi, ex qua suam ipsemen carnem assumptum erat”<sup>39</sup>.

Cum vero mysterium, quod hoc festo celebratur, iam in sua luce positum esset, haud defuere doctores, qui, potius quam de theologicis argumentis agerent, quibus demonstraretur conveniens omnino ac consentaneum esse corpoream credere Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptionem, mentem animique suum ad ipsam converterent Ecclesiae fidem, mysticae Christi Sponsae non habentis maculam aut rugam<sup>40</sup> quae quidem ab Apostolo nuncupatur “columna et firmamentum veritatis”<sup>41</sup>; atque communi hac fide innixi, contrariam sententiam temerariam putarent, ne dicamus haeticam. Siquidem, ut alii non pauci, S. Petrus Canisius, postquam declaravit ipsum Assumptionis vocabulum non modo animae, sed corporis etiam “glorificationem” significare, atque Ecclesiam multis iam saeculis hoc mariale Assumptionis mysterium venerari ac celebrare sollemniter, haec animadvertit: “Quae sententia iam saeculis alloquent obtinet, ac piorum animis infixam totique Ecclesiae sic commendata est, ut qui Mariae corpus in Caelum negant assumptum, ne patienter quidem audiantur, sed velut

redundaba en deshonor suyo que fuese comida por la podredumbre aquella carne virginal de la que Él había tomado su propia carne”<sup>39</sup>.

Aclarado el objeto de esta fiesta, no faltaron doctores que más bien que ocuparse de las razones teológicas, de las que se demuestra la suma conveniencia de la Asunción corporal de la Bienaventurada Virgen María al Cielo, dirigieron su atención a la fe de la Iglesia, mística esposa de Cristo, que no tiene mancha ni arruga<sup>40</sup>, la cual es llamada por el Apóstol “columna y sostén de la verdad”<sup>41</sup>, y, apoyados en esta fe común, sostuvieron que era temeraria, por no decir herética, la sentencia contraria. En efecto, San Pedro Canisio, entre muchos otros, después de haber declarado que el término Asunción significa glorificación no sólo del alma, sino también del cuerpo, y después de haber puesto de relieve que la Iglesia, ya desde hace muchos siglos, venera y celebra solemnemente este misterio mariano, dice: “Esta sentencia está admitida ya desde hace algunos siglos y de tal manera fijada en el alma de los piadosos fieles y tan aceptada en toda la Iglesia, que a los que niegan al cuerpo de María su ascensión a los Cielos, ni siquiera se les oye con paciencia, sino que se les abochorna por tercios en

<sup>39</sup> S. ALFONSO M. DE LIGUORI, *Le glorie di Maria*, parte 2, disc. 1.

<sup>40</sup> Cf. Eph 5, 27.

<sup>41</sup> 1 Tim 3, 15.

nimum contentiosi, aut prorsus temerarii, et haeretico magis quam catholico spiritu imbuti homines passim exsibentur"<sup>42</sup>.

Eodem tempore Doctor Eximius, cum hanc de mariologia profiteretur normam, nempe "mysteria gratiae, quae Deus in Virgine operatus est, non esse ordinariis legibus melianda, sed divina omnipotentia, supposita rei decencia, absque ulla Scripturarum contradictione aut repugnantia"<sup>43</sup> universae Ecclesiae communi fretus fide, ad Assumptionis mysterium quod attinet, concludere poterat hoc idem mysterium eadem animi firmitate credendum esse, ac Immaculatam Conceptionem B. Virginis; iamque tum autumabat veritates eiusmodi defini posse.

Haec omnia Sanctorum Patrum ac theologorum argumenta considerationesque Sacris Litteris, tamquam ultimo fundamento, nituntur; quae quidem almam Dei Matrem nobis veluti ante oculos proponunt divino Filio suo coniunctissimam, eiusque semper participantem sortem. Quamobrem quasi impossibile videtur eam cernere, quae Christum concepit, peperit, suo lacte aluit, eumque inter ulnas habuit pectorique obstrinxit suo, ab eodem post terrestrem hanc vitam, etsi non anima, corpore tamen separatam. Cum Redemptor noster Mariae Filius sit, haud poterat profecto, utpote divinae legis observator perfec-

extremo o absolutamente temerarios y llenos de un espíritu más bien herético que católico<sup>42</sup>.

Por el mismo tiempo, el Doctor Eximio, habiendo establecido como una norma de la mariología que "los misterios de la gracia que Dios ha obrado en la Virgen no hay que medirlos por las leyes ordinarias, sino por la omnipotencia de Dios, supuesta la conveniencia de la cosa en sí misma y excluída toda contradicción o repugnancia por parte de la Sagrada Escritura"<sup>43</sup>, fundándose en la fe de la Iglesia en el tema de la Asunción, podía concluir que este misterio debía creerse con la misma firmeza de alma con que debía creerse la Inmaculada Virgen, y ya entonces sostenía que estas dos verdades podían ser definidas.

Todas estas razones y consideraciones de los Santos Padres y de los teólogos se apoyan como último fundamento en la Sagrada Escritura; la cual nos pone como ante los ojos a la augusta Madre de Dios unida estrechamente a su divino Hijo y siempre partícipe de su suerte. De donde parece casi imposible imaginarse separada de Cristo, si no con el alma, al menos con el cuerpo, después de esta vida, a Aquella que lo concibió, le dió a luz, le nutrió con su leche, lo llevó en sus brazos y lo apretó en su pecho. Desde el momento en que nuestro Redentor es Hijo de María, ciertamente, como observador perfectísimo de la ley, no podía menos de honrar,

<sup>42</sup> S. PETRUS CANISIUS, *De Maria Virgine*.

<sup>43</sup> F. SUÁREZ, *In tertiam partem D. Thomae*, q. 27, a. 2, d. 3, sec. 5, n. 31.

tissimus, praeter Aeternum Patrem, Matrem quoque suam dilectissimam non honorare. Atqui, cum eam posset tam magno honore exornare, ut eam a sepulcri corruptione servaret incolumem, id reapse fecisse credendum est.

Maxime autem illud memorandum est, inde a saeculo II, Mariam Virginem a Sanctis Patribus veluti novam Hevam proponi novo Adae, etsi subiectam, arctissime coniunctam in certamine illo adversus inferorum hostem, quod, quemadmodum in protoevangelio<sup>44</sup> praesignificatur, ad plenissimam deventurum erat victoriam de peccato ac de morte, quae semper in gentium Apostoli scriptis inter se copulantur<sup>45</sup>. Quamobrem, sicut gloriosa Christi anastasis essentialis pars fuit ac postremum huius victoriae tropaeum, ita Beatae Virginis commune cum Filio suo certamen, virginei corporis "glorificatione" concludendum erat; ut enim idem Apostolus ait, "cum... mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria"<sup>46</sup>.

Idecirco augusta Dei Mater, Iesu Christo, inde ab omni aeternitate, "uno eodemque decreto"<sup>47</sup> praedestinationis, arcano modo coniuncta, immaculata in suo conceptu, in divina maternitate sua integerrima virgo, generosa Divini Redemptoris socia, qui plenum de peccato eiusque consecrariis deportavit

además de al Eterno Padre, también a su amadísima Madre. Pudiendo, pues, conceder a su Madre el gran honor de preservarla inmune de la corrupción del sepulcro, debe creerse que lo hizo realmente.

Pero sobre todo hay que recordar que desde el siglo II María Virgen es presentada por los Santos Padres como nueva Eva estrechamente unida al nuevo Adán, si bien sujeta a él, en aquella lucha contra el enemigo infernal que, como fué pronunciado en el protoevangelio<sup>44</sup>, habría terminado con la plenísima victoria sobre el pecado y sobre la muerte, siempre unidos en los escritos del Apóstol de las gentes<sup>45</sup>. Por lo cual, como la gloriosa resurrección de Cristo fué parte esencial y signo final de esta victoria, así también para María la común lucha debía concluir con la glorificación de su cuerpo virginal, porque, como dice el mismo Apóstol, "cuando... este cuerpo mortal sea revestido de inmortalidad, entonces sucederá lo que fué escrito: la muerte fué absorbida en la victoria"<sup>46</sup>.

De tal modo, la augusta Madre de Dios, arcanamente unida a Jesucristo desde toda la eternidad "con un mismo decreto"<sup>47</sup> de predestinación, immaculada en su concepción, Virgen sin mancha en su divina maternidad, generosa socia del Divino Redentor, que obtuvo un pleno triunfo sobre el pecado y sobre sus consecuen-

<sup>44</sup> Gen 3, 15.

<sup>45</sup> Cf. Rom c. 5 et 6; 1 Cor 15, 21-26. 54-57.

<sup>46</sup> 1 Cor 15, 54.

<sup>47</sup> Bulla *Ineffabilis Deus*, l. c., p. 599.

triumphum, id tandem assecuta est, quasi supremam suorum privilegiorum coronam, ut a sepulcri corruptione servaretur immunis, utque, quemadmodum iam Filius suus, devicta morte, corpore et anima ad supernam Caeli gloriam eveheretur ubi Regina refulgeret ad eiusdem sui Filii dexteram, immortalis saeculorum Regis<sup>48</sup>.

Quoniam igitur universa Ecclesia, in qua viget Veritatis Spiritus, qui quidem eam ad revelatarum perficiendam veritatum cognitionem infallibiliter dirigit, multipliciter per saeculorum decursum suam fidem manifestavit, et quoniam universi terrarum orbis Episcopi prope unanimes consensione petunt, ut tamquam divinae et catholicae fidei dogma definiatur veritas corporeae Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae in Caelum—quae veritas Sacris Litteris innitur, christifidelium animis penitus est insita, ecclesiastico cultu inde ab antiquissimis temporibus comprobata, ceteris revelatis veritatibus summe consona, theologorum studio, scientia ac sapientia splendide explicata et declarata—momentum Providentis Dei consilio praestitutum iam advenisse putamus, quo insigne eiusmodi Mariae Virginis privilegium sollemniter renuntiemus.

Nos, qui Pontificatum Nostrum peculiari Sanctissimae Virginis patrocinio concedidimus, ad quam quidem in tot tristissimarum rerum vicibus confugimus. Nos, qui Immaculato eius

cias, obtuvo finalmente como suprema corona de sus privilegios el ser preservada inmune de la corrupción del sepulcro, y, como ya antes su Hijo, vencida la muerte, ser elevada en alma y cuerpo a la gloria sobrenatural del Cielo, donde resplandeciese como Reina a la diestra de su Hijo, Rey inmortal de los siglos<sup>48</sup>.

Porque, pues, la iglesia universal, en la que vive el Espíritu de verdad, que infaliblemente la orienta a completar el conocimiento de las verdades reveladas, en el curso de los siglos ha manifestado de muchos modos su fe, y porque los Obispos del Orbe católico, con casi unánime consentimiento, piden que se defina como dogma de fe divina y católica la verdad de la Asunción corporal de la Bienaventurada Virgen María al Cielo—verdad fundada en la Sagrada Escritura, profundamente arraigada en el alma de los fieles, confirmada por el culto eclesiástico desde tiempos remotísimos, sumamente en consonancia con otras verdades reveladas, espléndidamente ilustrada y explicada por el estudio, la ciencia y la sabiduría de los teólogos—, creemos llegado el momento preestablecido por la Providencia de Dios para proclamar solemnemente este insigne privilegio de María Virgen.

Nos, que hemos puesto nuestro Pontificado bajo el especial patrocinio de la Santísima Virgen, a la que nos hemos dirigido en tantas tristísimas contingencias; Nos, que con rito público hemos

48 Cf. 1 Tim. 1, 17.

Cordi universum hominum genus publico ritu sacravimus, eiusque praesidium validissimum iterum atque iterum experti sumus, fore omnino confidimus ut sollemnis haec Assumptionis pronuntiatio ac definitio haud parum ad humanae consortionis profectum conferat, cum in Sanctissimae Trinitatis gloriam vertat, cui Deipara Virgo singularibus devincitur vinculis. Futurum enim sperandum est ut christifideles omnes ad impensioem erga caelestem Matrem pietatem excitentur; utque eorum omnium animi, qui christiano gloriantur nomine, ad desiderium moveantur Mystici Iesu Christi Corporis participandae unitatis, suique erga illam augendi amoris, quae in omnia eiusdem augusti Corporis membra maternum gerit animum. Itemque sperandum est ut gloriosa meditantibus Mariae exempla magis magisque persuasum sit quantum valeat hominum vita, si Caelestis Patris voluntati exsequendae omnino sit dedita ac ceterorum omnium procurando bono; ut, dum "materialissimi" commenta et quae inde oritur morum corruptio, virtutis lumina submergere minantur, hominumque, excitalis demicationibus, perdere vitas, praeclarissimo hoc modo ante omnium oculos plena in luce ponatur ad quam excelsam metam animus corpusque nostrum destinentur; ut denique fides corporcae Assumptionis Mariae in Caelum nostrae etiam resurrectionis fidem firmiorem efficiat, actuosioem reddat.

consagrado todo el género humano a su Inmaculado Corazón y hemos experimentado repelidamente su validísima protección, tenemos firme confianza de que esta proclamación y definición solemne de la Asunción será de gran provecho para la humanidad entera porque dará gloria a la Santísima Trinidad, a la que la Virgen Madre de Dios está ligada por vínculos singulares. Es de esperar, en efecto, que todos los cristianos sean estimulados a una mayor devoción hacia la Madre celestial y que el corazón de todos aquellos que se glorían del nombre de cristiano se mueva a desear la unión con el Cuerpo Místico de Jesucristo y el aumento del propio amor hacia aquella que tiene entrañas maternales para todos los miembros de aquel Cuerpo augusto. Es de esperar, además, que todos aquellos que mediten los gloriosos ejemplos de María se persuadan cada vez más del valor de la vida humana, si está dedicada totalmente a la ejecución de la voluntad del Padre Celeste y al bien de los prójimos; que mientras las falsedades del materialismo y la corrupción de costumbres que de él deriva amenazan sumergir toda virtud y hacer estragos de vidas humanas, suscitando guerras, se ponga ante los ojos de todos de modo luminosísimo a qué excelso fin están destinados los cuerpos y las almas; que, en fin, la fe en la Asunción corporal de María al Cielo haga más firme y más activa la fe en nuestra resurrección.



Quod autem hoc sollemne eventum in Sacrum, qui vertitur, Annum Providentis Dei consilio incidit, Nobis laetissimum est; ita enim Nobis licet, dum Iubilaeum Maximum celebratur, fulgenti hac gemma Deiparae Virginis frontem exornare, ac monumentum relinquere aere perennius incensissimae Nostrae in Dei Matrem pietalis.

QUAPROPTER, POSTQUAM SUPPLICES ETIAM ATQUE ETIAM AD DEUM ADMOVIMUS PRECES, AC VERITATIS SPIRITUS LUMEN INVOGAVIMUS, AD OMNIPOTENTIS DEI GLORIAM, QUI PECULIAREM BENEVOLENTIAM SUAM MARIAE VIRGINI DILARGITUS EST, AD SUI FILII HONOREM, IMMORTALIS SAECULORUM REGIS AC PECCATI MORTISQUE VICTORIS, AD EIUSDEM AUGUSTAE MATRIS AUGENDAM GLORIAM ET AD TOTIUS ECCLESIAE GAUDIUM EXULTATIONEMQUE, AUCTORITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, BEATORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI AC NOSTRA PRONUNTIAMUS, DECLARAMUS ET DEFINIMUS DIVINITUS REVELATUM DOGMA ESSE: INMACULATAM DEIPARAM SEMPER VIRGINEM MARIAM, EXPLETO TERRESTRIS VITAE CURSU, FUISSE CORPORE ET ANIMA AD CAELESTEM GLORIAM ASSUMPTAM.

Quamobrem, si quis, quod Deus avertat, id vel negare, vel in dubium vocare voluntarie ausus fuerit, quod a Nobis defi-

La coincidencia providencial de este acontecimiento solemne con el Año Santo que se está desarrollando nos es particularmente grata; porque esto nos permite adornar la frente de la Virgen Madre de Dios con esta fúlgida perla, a la vez que se celebra el máximo Jubileo, y dejar un monumento perenne de nuestra ardiente piedad hacia la Madre de Dios.

POR TANTO, DESPUÉS DE ELEVAR A DIOS MUCHAS Y REITERADAS PRECES E INVOCAR LA LUZ DEL ESPÍRITU DE LA VERDAD, PARA GLORIA DE DIOS OMNIPOTENTE, QUE OTORGÓ A LA VIRGEN MARÍA SU PECULIAR BENEVOLENCIA; PARA HONOR DE SU HIJO, REY INMORTAL DE LOS SIGLOS Y VENCEDOR DEL PECADO Y DE LA MUERTE; PARA ACREDITAR LA GLORIA DE ESTA MISMA AUGUSTA MADRE Y PARA GOZO Y ALEGRÍA DE TODA LA IGLESIA, POR LA AUTORIDAD DE NUESTRO SEÑOR JESUCRISTO, DE LOS BIENAVENTURADOS APOSTOLES PEDRO Y PABLO Y POR LA NUESTRA, PRONUNCIAMOS, DECLARAMOS Y DEFINIMOS SER DOGMA DE REVELACION DIVINA QUE LA INMACULADA MADRE DE DIOS, SIEMPRE VIRGEN MARIA, CUMPLIDO EL CURSO DE SU VIDA TERRENA, FUE ASUNTA EN CUERPO Y ALMA A LA GLORIA CELESTE.

Por eso, si alguno, lo que Dios no quiera, osase negar o poner

nitum est, noverit se a divina ac catholica fide prorsus defecisse.

Ut autem ad universalis Ecclesiae notitiam haec Nostra corporae Mariae Virginis in Caelum Assumptionis definitio deducatur, has Apostolicas Nostras Litteras ad perpetuam rei memoriam exstare volumus; mandantes ut harum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriplis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, pronuntiationis ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Petrum anno Iubiliaei Maximi millesimo nongentesimo quinquagesimo, die prima mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Ego PIUS,  
Catholicae Ecclesiae Episcopus,  
ita definiendo subscripsi.

en duda voluntariamente lo que por Nos ha sido definido, sepa que ha caído de la fe divina y católica.

Para que nuestra definición de la Asunción corporal de María Virgen al Cielo sea llevada a conocimiento de la Iglesia universal, hemos querido que conste para perpetua memoria esta nuestra carta apostólica; mandando que a sus copias y ejemplares, aun impresos, firmados por la mano de cualquier notario público y adornados del sello de cualquier persona constituida en dignidad eclesiástica, se preste absolutamente por todos la misma fe que se prestaría a la presente si fuese exhibida o mostrada.

A ninguno, pues, sea licito infringir esta nuestra declaración, proclamación y definición u oponerse a contravenir a ella. Si alguno se atreviere a intentarlo sepa que incurriría en la indignación de Dios Omnipotente y de sus Santos Apóstoles Pedro y Pablo.

Dado en Roma, junto a San Pedro, el año del Máximo Jubileo de mil novecientos cincuenta, el día primero del mes de noviembre, fiesta de Todos los Santos, el año duodécimo de nuestro pontificado.

Nos PIO,  
Obispo de la Iglesia Católica,  
definiéndolo así, lo hemos suscrito.